

Mythologia, Venise, 1567 - I, 06 : De fabularum scriptoribus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 06 : De fabularum scriptoribus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 06 : Leurs Auteurs](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 06 : Des auteurs des Fables](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - I, 06 : De fabularum scriptoribus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 30/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/790>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination6v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiæ.

pueros: neq; delectationis tantū sit causa, sed habet præterea admonitionē nam conatur clam docere & adhortari. Neque apologus igitur simplex, neque fabulæ illæ, quæ sunt poematum argumenta, dicuntur Aeni: sed quod ex his utrisque quodammodo compositum fuerit, cum admonitione intra se inclusa atque hæc sufficiant de apologorū, Aenorū, fabularūque differentia.

• **Argumentum.**

De Partibus fabularum.

Cap. V.

- 10 **F**abularum partes, earum scilicet, quæ apologi dicuntur præcipuè, dux sunt; rei explicatio, & id cuius causæ: siquidem Aeni & poematum argumenta eam vim habent, ut infinitas partes has intra se cōtineant: quæ nemo propè est, qui sumptis ingenio non possit elicere. At quoniam apologi simplices sunt plerunque, omnesque fabulæ probitatis & prudentiæ causa sunt, necesse fuit singulis suos fines addidisse. Vbi igitur priorem orationis partem ad informandos mores accommodamus, præcedit *propædæa* appellatū, quasi præcedens fabulæ admonitio: ubi extremam partem ad mores regendos deduxeris, fiet *epilogus* sequens scilicet admonitio fabulæ. Quæ fabulæ alteram harum partium non habuerint, sed intra se inclusam, collocandæ sunt in priore classe. Quæ fabulæ sunt Deorum genealogicæ simpliciter, illæ quoniam his maxime vti sunt poætæ suis poematis exornandis, poætice vocantur, quæ vel ad generationem elementorum attinent, vel ad res arcanas naturæ, vel ad motus & vim planetarum; omnes siquidem hæc haud simplicem habent narrationem. Cum fabulas has ad veram interpretationem deducimus, est interpretationi proprium nomen tribuendum, sed adhuc sine illo persistit, nisi appellemus allegoriam. Sunt autem hæc solæ prope fabulæ, quæ iucunda, quæ magnifica, quæ admirabilia fecerunt antiquorum poemata, eaque locupletarunt: nam si fabulæ hæc de scriptis poëtarum eximerentur, nihil propè esset in iis admirabile, aut iucundum.

30

De fabularum scriptoribus

Cap. VI.

- 40 **A**pologorum & fabularum poëticarum antiqui fuerunt scriptores complures: qui tamen ad ætatem nostram pervenerint, non adeo multi. Fuit Aesopus Samius ingeniosissimus consingendorum apologorum artifex, à quo omnes postea apologi dicti sunt Aesopici. Hesiodus præterea fabulosos Deorum ortus carminibus cecinit. Memoriz prodidit Eusebius Porphyrium etiam libros composuisse, in quibus fabulosas Deorum genealogias ad naturæ rationem & opificium perducere conatus est. Zeno, Cleanthes, Chrysippus, ut ait Cicero in libris de Natura Deorum, fabularū antiquarum expositiones in suis voluminibus complexi fuerant, quæ tamen ad nos non pervenerunt. Istud ipsum fecit Orpheus, Musæus, Mercurius, Linus, antiquissimi poëtæ, & Phurnutus, & Palæphatus, & Ponticus Heraclides, Silenus Chius, & Anticlidēs, & Euaetes & alii complures mythologi quorum commentarii vna cum scriptorum nominibus penè interceiderunt, è quibus Ovidius sua in varias formas mutatorum corporum depromptit argumenta. Nam in quibus voluminibus tot extabant figmenta, quantam aliarum fabularum fuisse mirabilitatem credibile est? ac tot de fabularum scriptoribus.

De